

**In honorem Nuptiarum Reverendi Dn. Pascasii Hanen/ Ecclesiae quae Christo colligitur in Gnevesdorff Pastoris, Sponsi Honestisßima Foemina Margareta Detmer, Reverendi Dn. Petri Silesii p. m. Vidua Sponsa. Ad d. 18. Ianuar. Anno 1654. in timore Dei celebrandarum**

Rostochii: Richelius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516225>

Druck Freier  Zugang



A. D.

In honorem Nuptiarum

Reverendi

DN. PASCASII

Hahn /

Ecclesiae quae CHRISTO colligitur in Gneves-  
dorff Pastoris, SPONSI

Cum

Honestissima Femina

MARGARETA DETMER,

Reverendi Dn. PETRI SILESII p.m. Viduae

SPONSA.

Ad d. 18. Januar. Anno 1654. in timore DEI celebra



ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

LB FP Hahn, Paschasius 1654

1





**E**T Sparta & Conjux uno tibi fidere fulget,  
Hæc tibi sit felix, illa beata precor!

*Ita gratulatur & vovet*  
**M. S. A. Superintendens**  
*Güstroviensis.*

Ad Reverend: & doctis. Dn. Paschasium Hanen Pastorem  
& Sponsum.

**E**Ligis Orchestram, simul & jungis tibi Sponsam,  
Prospiciente DEO: Grator utrumque bonum.  
Ut tibi in officio feliciter omnia cedant,  
Floreat & multâ prole beata domus.

*Fausstæ acclamationis ergò LMg<sub>3</sub> f.*

**Hermannus Hartmann Pastor**  
templi Carhedr.



**S**Ponsæ, SPONSE, tuæ juvamen audi,  
Sponsi, SPONSA, tui levamen audi.  
PASCHASI, simul atq; MARGARITA.  
Ter-Sanctum reveremini JEHOVAM,  
Et pudicitiaæ studeate semper.  
Sic vester thalamus, domusque tota  
Florebit benedictione largâ.

*Quod Rever. Dno. Paschasio Hanen Pastori Gnevesd.  
Venerandi Dni. Collegæ Filio animitus vovet*

**M. Zacharias Schröder / Templi apud**  
Gustr. Mariani PASTOR.



*Ad Reverendum Dominum Sponsum.*

**D**iscipulum dixi te quondam, quando Magistrum  
Me dixit nostræ docta juvenia scholæ.

Quis



Quis mihi tum, simul atque aliis sis visus, ut ardua  
Te vidi magni carpere cœpta patris,  
Res pro me loquitur nunc ipsa quid addo? verendum  
Si juvenis munus non sine laude capis.  
Addo preces: benedic, sancto Deus alme labori,  
Et thalamo, cujus nunc quoque fœdus init.

*Ita bonori gemino mei quondam discipuli nunc amici  
charissimi gratulabar*

Johann. Franciscus Clausing?  
Eccles. Paroch. Gufr.

INTE PASCHASI, inq; *Patrem* mea prona voluntas  
Me juberet imparibus scribere pauca modis;  
Quamvis, quando habito mecum, mihi curta supellex,  
Venaq; versiculo pauperiore fluat:  
Hinc quoque non multis remoror, paucissima ponam,  
Vota dabo; Votis pondus inesse solet.  
Huc ades ergo *Pater* cum *Nato* compare, & *Aurâ*  
Vivificâ, sancis qui sacra jura tori;  
Fac tua gratâ novis aspiret gratia *Sponsis*,  
Ut cum PASCHASIO *Sponsa* beata fiet.  
Da *Pater*, innumeros vivant sine litibus annos,  
Et videant thalamo pignora nata suo.  
Vivant felices ambo. mala noxia *CHRISTE*  
Avertas. turbet cura nec ulla preces.  
Crescat Amor; crescat soboles; crescantque *Nepotes*;  
*Sponsum* cum *Sponsâ*, *Spiritus* alme regas.  
Vota dedi; Votis respondent atria Cœli,  
Eveniat vestro, quod precor, omne toro.

*Hoc Votum neq; splendidum, nec ullis fietâ blanditiis  
ab arte ductum his metris addidit*

Heimradus Grape,  
Eccles. ad Spir. S.

Ritè

A 2

2



**R**icè Sacerdotes uxores ducere posse,  
Nil nobis dubii porro subesse potest.  
Sed quales deceat sibi conciliare Maritas,  
Quæritur, & res est præmeditanda probe.  
In veteri, sanè permagna licentia, pacto,  
Præ tribubus reliquis ordinis hujus erat:  
Ex quacunq; sibi Sponsam Levita legebat,  
Ex propriâ saltim cetera turba tribu.  
Sed libertati fuit addita cautio quædam,  
Quæ tamen ipsa sacros auxit honore viros:  
Nam non stupratas, aliquam passasque repulsam,  
Non aliâ quadam labe renace nigras,  
Quid? quod nec viduas, nisi fortè sui ordinis essent, *Ezech. 44, 22.*  
In vacuum poterant as sociare torum.  
Tâm Sacra connubii Præconum vota Sacrorum  
Tunc reputabantur, lege cavente DEO!  
Sanctos nimirum verbi vult esse ministros  
Ter Sanctus, purus castus itemque DEUS.  
Hoc moderante GNEVESDORFFENSIS concio Mystâ  
Orba Tuæ fidei porro docenda datur,  
OPTIME PASCHASI, satis ardua Sparta! sed ejus,  
Qui misit, fretus Numine prosper ages.  
Sed quia rastra vides rostrois jungenda deinceps,  
Auxilium merito quæris abusq; Tibi.  
Quæris & optato venit ipsa SILESIA quondam  
Conjux, & Domino sueta locoque sacro.  
Humanis simul ac divinis legibus aptâ  
Gaudè PASCHASI Conjuge, plaude Tibi!  
Qui Te JOVA sacra plebi præfecit, Amicam  
Qui dedit, ipse dabit dignus utramque regas!

*Reverendo Domino Neonympho meo olim Discipulo  
l. mg. gratulor*

Andreas ~~Wre~~macher / Sch. Gustrov.  
RECTOR.

ODE



# ODE NUPTIALIS

Honoris & Amoris ergo f.

â

BLASIO GRABIO, Müllbuf. Thur. Schol. Gufr. ConR.

- I.
- L**icetne mystæ ducere,  
Nuptam? P epatus pernecat.  
Sed asserit verbum DEI,  
Exempla præbens plurima.  
JEHOVA tædas fanciit jugales,  
Et vult eas honestè  
Semper haberi.  
Jubilet torus  
Nulli vetandus!
2. Nondum-reus perdives est  
Adam, sed absque compare,  
Et hanc Creator addidit.  
Quis autor hic connubii?  
JEHOVA tædas fanciit jugales,  
Et vult eas honestè  
Semper haberi.  
Jubilet torus  
Nulli vetandus!
3. Noæ ratis non cælibes,  
Sed conjuges bis quatuor  
Vastum per æquor sospitat  
Dum Phœbus orbem circumit.  
JEHOVA tædas fanciit jugales,  
Et vult eas honestè  
Semper haberi.  
Jubilet torus  
Nulli vetandus!
4. Quis Abrahamo dat Saram  
Oris migrandis patriis?  
Confors marito quæ foret,  
Per
- Per læta, perq; turbida.  
JEHOVA tædas fanciit jugales,  
Et vult eas honestè  
Semper haberi.  
Jubilet torus  
Nulli vetandus!
5. Rebecca conjux Isaci  
Prolem diu non sustulit.  
Voti parentes quis facit,  
Datis gemellis, compotes?  
JEHOVA tædas fanciit jugales  
Et vult eas honestè  
Semper haberi.  
Jubilet thorus.  
Nulli vetandus!
6. Sponsam Tobix dat DEUS  
Luctumq; mutat gaudio  
Vicinitas hinc NUMINIS  
Benignitatem perstrepat,  
JEHOVA tædas fanciit jugales,  
Et vult eas honestè  
Semper haberi.  
Jubilet torus  
Nulli vetandus!
7. Sponsam Tibiq; dat DEUS  
HANI, piam; PASTORIBUS  
Ecclesiæ velut solet  
Dari levamen impigris.  
JEHOVA tædas fanciit jugales,  
Et vult eas honestè  
Semper haberi.

Jubi-

3



Jubilet torus	JEHOVA TÆDAS SANCIIT JU-
Nulli vetandus!	GALES,
8. Vide papalis factio,	ET VULT EAS HONESTE
Quàm sis DEO contraria-	SEMPER HABERI.
Quod vult, vetas: & quod vetat	JUBILET TORUS
Permittis. Audi, si sapias:	NULLI VETANDUS!



*In officium Reverendi & Doctissimi Dni,*  
 PASCHASII HARENII

\*  
 \*  
**A**D Galli vocem sequitur conversio Petri:  
 In grege GALLE tuo vox tua præstet idem.

\*  
 \*  
 In ejusdem Conjugium.  
 Gallus abest? ejus generis spes deficit omnis:  
 Gallus adest? generis spes quoq; magna subest.  
 Galle tua cum Gallina conjungere: nostram  
 De genere haud dubiam spem Deus esse jube.

\*  
 \*  
 In Oeconomiam.  
 Exurgunt Gallo famuli fumulæque canente:  
 Teq; tibi assurgat, Galle canente, Domus.

Joachimus Grif/ Cantor.



**P**ASCHASI Magni Genitoris (VIVAT!) Imago  
 Primavera, gloriæque patriæ æmula,  
 Oeconomum geminæ te nunc bona Fata salutant  
 Provinciæ; quidnam tui sit muneris  
 Divite cum fructu *Nomen* te rite docebit  
*Hereditarium*: Nota, sis, optimè.  
 Magnanima est volucris GALLUS, Vigil atq; Sonora,  
 Interdiu noctuq; tutatur Suas.

Nun-



Nunquam non fidi Mystæ est crux fidus Acchates,  
 Sis ergo Vir semperq; agas viriliter,  
 Christi agnos vigili ducas per pascua curâ,  
 Alisq; pellas Spiritus socordiam.  
 Voce sonante canas, Leo quò tremefactus avernâ  
 Pedem reflectat absque jactura Gregis.  
 Clama, ne cesses, cæca sub nocte sepultus  
 Ut sobrias Colonus aures arrigat.  
 Non minùs assiduâ in curâ, Reverende Minister,  
 Animosus audias Rei domesticæ.  
 Est orare labor, labor est & arare, Virumque  
 tam rastra, quam pia rostra poscunt strenuum.  
 Et Venus, & penus & fœnus succrescit abunde  
 Vigilantiâ frequente familias-Patris.  
 Erige proinde tuas, Fautor doctissimè, cristas  
 memor tamen proverbii: *Ne quid nimis!*  
 Sobrius atq; vigil canta, præpostera res est  
 Gallina cantans atq; Gallus glociens.  
 Fortunam reverenter habe, sic JOVA juvabit,  
 Favoniumq; largietur Nuptiis,  
 Et cœptis reliquis successus omine læto,  
 Catastrophenq; subdet optatissimam.

Fiat!

*auspic. accin. Camæna steriles*

Friderici Widmanni,

SubconR.

## MEΛΟΣ ΓΑΜΙΚΟΝ.

**Μ**Αργαρον ἐν φρόνιμον τὸν μαργαρίεμπορον ἦγε,  
 Ὡς πωλῆ ταχέως χρήματα πάντα εἶς,  
 Μαργαρίτε μὴ ληφθῆναι τὸν αἰψὸν ἔλεν ἦτορ,  
 Μὴ κλέπτωσιν εἰς ἐρχόμενοι κλοπέες.  
 Σοὶ Νέονυμφε θεὸς τὰ ὑπέροια δώματα ναίων  
 ΜΑΡΓΑΡΙΝ ἔκ' ἔργοις, ἀυτὰρ ἔδωκε μάλιν.

Ⓞ

4



Θυμῷ γηθήσας πρόχου μελίγερου ἀοιδῶν  
Ὅτ' ἦ σοὶ χίρη ΣΙΑΕΣΙΟΙΟ δοθῆ  
Σὺν Νύμφῃ σα ἐν ζωῖσιν ὑπαρχεν ἀλύπως.  
Ἀρχῶν εἰρήνης σὺν δυο κῆρα δεῖ.

Εὐνοίας ἕνεκα ἔγραψε

Μετρίως Δῶρ, Σύνεργον τῆ Γυμνασίῃ

1859.



Paschasius Hanius. Margareta Dietmarse

Per Anagramma,

En has! has pascas, & Maritam, Deus jurgia.

EN! mi PASCASI, gemino donaris honore,

Sic mediante DEO, sic statuente DEO.

Quod PASTOR dici mereare, simulq̄ MARITUS,

Grator, & applaudo voce favente Tibi.

Tu modò Oves, Christus propriâ quas morte redemit,

HAS quæso PASCAS salvificâ Ambrosiâ.

HAS quoq̄, potabis Fluvio, qui semper inundat,

Et cui vitali vena scaturit aqua.

Quin ET tractabis propriam, mi GALLE, MARITAM,

Vitai sociam, quam DEUS ipse dedit.

Sic CATHEDRÆ, & THALAMO benè præsitis, & locus ipse

PAGUS AMORIS erit, JURGLIA pelle DEUS!

Consanguinitatis ergò scrib.

Georg-Christian Hols, Appfel, Mogunt.

p.r. Sch. Gufr. Collega.





Nunquam non fidi Mystæ est crux fidus  
 Sis ergo Vir semperq; agas viril  
 Christi agnos vigili ducas per pascua c  
 Alisq; pellas Spiritus socordiam  
 Voce sonante canas, Leo quò tremefact  
 Pedem reflectat absque jactura C  
 Clama, ne cesses, cœca sub nocte sepul  
 Ut sobrias Colonus aures arrigat.  
 Non minùs assiduâ in curâ, Reverende  
 Animosus audias Rei domestica  
 Est orare labor, labor est & arare, Viru  
 tam rastra, quam pia rostra poscur  
 Et Venus, & penus & fœnus succrescit a  
 Vigilantiâ frequente familias-Patr  
 Erige proinde tuas, Fautor doctissimc, cr  
 memor tamen proverbii: *Ne quid*  
 Sobrius atq; vigil canta, præpostera res e  
 Gallina cantans atq; Gallus glori  
 Fortunam reverenter habe, sic JOVA ju  
 Favoniumq; largietur Nuptiis,  
 Et cœptis reliquis successus omine læto,  
 Catastrophenq; subdet optatissim  
 Fiat

*auspic.*

MEΛΟΣ ΓΑ

Μ<sup>Α</sup>ργαρον ἐν φρόνιμον τὸν μαργ  
 Ὡς πωλὴ ταχέως χηρήματα  
 Μαργαρίτα μὴ ληφθῆναι τὸν ἰσὺν αἰ  
 Μὴ κλέπτωσιν εἰς ἐρχόμενοι κλοπ  
 Σοὶ Νεόνυμφε θεὸς τὰ ὑπέροχα δώματα  
 ΜΑΡΓΑΡΙΝ εἰς ἔργοις, αὐτὰρ

steriles  
 Vidmanni,  
 conR.

N.

